S. D. Clariss. Vir, patrone reuerenter colende,
omnino idem ~~[illegible]~~ statuo et ego, finem imponendum
esse conflictibus scriptionum et ludicris exagitationibus
crescentis in dies ~~[illegible]~~
impudentiae Flacij. Quare illi, quod recens emisit,
bello foetui, opposita est narratio vera dilucida ac
perspicua cum demonstratione multiplicium corruptelarum,
quas explicatae doctrinae nostrarum Ecclesiarum assuit,
ut motam [illegible] abrumpat et claudat. Eius
exemplum ad te mitto, ut quantis sit affectus iniurijs
optimus senex, quanta patientia et moderatione has
tulerit cognoscas et iudices. Ad Cal. Januarias
deo iuuante, nisi quid conatus et consilia impediuerit
nostra, publicabimus et Academiae nomine contextam
de tota actorum, ut vocant, seu historiam consiliorum,
contentationum, disputationum, et conclusionum omnium,
quae in suspicionem ille συκοφάντης ignarus omnium, quae
gesta sunt adduxit. Quae de articulis controuersis
consensu Electorum ex Augustana confessione
descriptis, ut sint formula aeternae concordiae et
responderint οἱ [illegible]: Quem acerba, sophistica, coniunctionis,
calumniosa et plena scurrili censura [illegible]dam
exagitent, quaedam conuellant pro[illegible]ac [illegible]rauerint,
si censura tibi visa non est, cognosces te
hoc senis nostri graui et moderato iudicio, quod
his diebus rogatu mandatoque Electorum conscripsit.

C 107 f. 13./ m A.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/id408694041/3